

quot sunt Phyci, tot sententiæ probabiles. Et quamvis octedras oblongas ac teretes G. Hornius dicat: si tamen cum aliis moleculæ substituuntur flexiles, quis litem dirimet.

in Arca Mo-  
fis. p. II.

Terrearum particularum connexionem, & firmitatem, num sola causetur quies & contactus propinquior; num vero particulæ hamosæ semet invicem implicantes, vel num deniq; juxta Cabeii resolutionem, humor quidam, quo velut glutine devinciuntur inter se partes, adhuc sub judice lis est.

### §. III.

#### *Motus inexplicabiles fovet difficultates.*

Ponamus exempli loco, causam motus continuati in Corporibus projectis, ubi quicquid dicitur de impetu impresso, menti tamen impervia res est. Leges porrò motus quam falsè non à multis perstringuntur, & imperfectionis arguuntur. Gradus motus accelerati in descensu gravium determinandi longas inter Cartesii & Gassendi moverunt lites, nunc quoque inter eorum Affectas continuatas. Causam vero omnis motus primariam, post Deum, unde deducemus? Num Cartesianam per omnia dispersam & omnia actuantem materiam rebus mundanis præficiemus? Num Magnetismo Kircheriano subscribemus? Num Mundi Spiritum cum Spagyricis fingemus? Num vero in singulis motibus ad Deum immediatè

v. Phyc.  
Gen. du Ha-  
mel. Tract.  
II. Diff. 2. p.  
164.  
qui jam esse  
in mundo.